postea cū iplo simul glorificetur. vt apostolo dicit.

Nemo debet seipsum facile  
iudicare an deuotus sit  
an non sed se deo gratias

Quādo nō sumo deuoto  
tunc amplexus festio ad  
celebrādū vt acq̄rā  
michi. Deuocōne per h̄c  
frigidus festio ad ignē

Qui dignus celebrat q̄  
adoptionis et sanguinis

Vt autē gratias agat  
tunc d̄z quā dicit venit s̄l  
opati xpō tunc videtur  
portando



**S**exto est aduertendū. q̄ sunt plures alii indi-  
 recti effectus iplis benedicte eukaristie quos  
 digne cōmunicās cōsequitur per quandā cōcomitā  
 tiam ad effectū principalem. qui effectus etiā nulli  
 alii cōmunicari possunt. s; tantū manēt in sumēte  
 sacramentū sicut effectus principalis. huius ratio  
 sumitur etiā ex speciebus sacramentalibus et vlu ea  
 rum q; bonus cibus et potus p̄cipaliter quidem  
 bene nutriūt x̄. ad bonam aut̄ nutritionē sequitur  
 cōmuniter bonus color in facie / pulchri crines ī ca  
 pite / cutis lenis in corpore toto. et alia similia. sic ī  
 presenti est similiter dicendum. quia enī per hoc sa  
 cramentū homo magis vnitur deo per augmētum  
 caritatis. restat q̄ efficiatur amicus dei / specialis / et  
secretus / ac familiaris. vnde quicquid talis amicitia  
 solet generare inter hoīnes suo modo natui ali. hoc  
 solet istud sacramentū benedictū causare inter deū  
 et hominē mō suo gratioso. amicorū aut̄ idem est  
 velle et nolle. Igitur nō solū illas magnas gratias  
 supra tactas christus confert digne manducanti se  
 que sūt simpliciter necessarie ad salutē. verū etiam  
 alias minores que sunt de bene esse. que spectāt ad  
 quandā decentiā. siue ornatū anime. et ponūtur cō  
 muniter tres s; dimissio venialiu: relaxatio reato  
 pene. et preseruatio a peccatis futuris. Ex his plu  
 ra alia moilia pulcherrima pullulāt quibus christi

*Bonus cibus et potus. bene  
 nutriunt. s; in p̄d. t.  
 Sacramento magis vnit  
 deo p̄ augmētū caritatis*

*hoc modo istud sacramentū  
 confert. sicut nō. dicitur  
 hominibus et idem velle  
 et nolle*

*et q̄ q̄s agis magis vnit  
 confert et dicitur deo  
 ad salutem*

Spōsa id est anima deuota ornatur. ne maculam vel  
rugam cōtrahat. sed vt sit tota speciosa sicut lilium  
inter spinas. ex primomodo nāq; sequitur q̄ ille de  
cor vultus quem tumultus venialium sine intermis  
sione fulcare solet velimus nolimus. per huius sa  
cramēti efficacitā reu irascit. peccata enī venialia de  
colorant animam et fuscā reddunt. ac christo eius  
sponso minus gratā. et secundo anima decoratur si  
cut crinibus pulchris. sponsa enim que crines non  
habet scabiola et immunda reputatur. sic anima q̄  
diu purgabilia habet christo perfecte coniungi nō  
pōt. et ideo ipē eam per hoc sacramentum perfecte  
ab omni reatu pene mundat. ex tertio anima vesti  
tur et tegitur quasi cute lenissima placidissima et se  
renissima. sponsa enim si pellem habet rugosam ri  
gidam et vlcerosam aspernabilis est. sic anima quā  
diu subiacet variis cōcupiscentiis et passionibus ac  
aliis motibus turbulētis in christi amplexus nō ad  
mittitur. et ideo eam per gratiam huius sacramēti  
a fomite purgat. et a malis inclinationibus refrige  
rat. et preseruauat. ne iterū in pristinā turpidinē cor  
ruat quatenus sibi iugitur adhereat. iam mūdata.  
decorata. preseruata. **Q**uando igitur sentimus nos  
rarius peccatis venialibus subdi. carnalibus moti  
bus agitari. passionibus vrgeri. iracundie facibus  
succendi. indignatione inquinari. sospitionibus fa

9  
ti jari. impaciētie vitio rotari iuuenibus. de sideriis  
inflāmari. iudiciis temerariis inquietari. ceterisq̄  
cotidianis distractionibus et defectibus substerni.  
tunc grās agamus corpori et sāguini saluatoris no-  
stri iesu. quoniā suum effectum operatur in nobis  
et qz per hec omnia supradicta promouetur homo  
in amicum dei specialē secretū ac familiarem. ideo  
plura alia specialia secreta ac familiaria dona non-  
nunq̄ digne cōmunicās cōsequitur. que mihi ac mi-  
hi similibus penitus iguota sunt. quare āplius ali-  
quid de his scribere verecūdia prohibet. hoc tamen  
addendum est q̄ pro caris suis aut aliis pro quibus  
volunt fiducialiter intercedere possunt et crebro fa-  
cilime exaudiuntur. **Item** q̄ efficiuntur oibus suis  
inimicis fortiores iuxta illud cris. **Vt** leones flam-  
mam spirantes sic ab illa mensa discedimus. terri-  
biles effecti diabolo. scz virtute christi. **Sz** forte di-  
cat aliquis. si tanta prestantur presbytero digne ce-  
lebranti. aut alteri digne cōmunicati. mirum est q̄  
prohibetur quidam propter leuē aut nullam culpā  
abstinere a sumptione tam salutaris sacramenti. et  
q̄ etiam laici rarius admittūtur. **Dicendum** q̄ hoc  
sit ad precauendum periculum cōtemptus siue per-  
uipentiōis. quod accidere solet circa cotidiana. et iō  
ilitutus est debitus modus locus tempus et cetera



**S**extimo est aduertendum q̄ sicut supra tactū  
est. hoc sacramentum simul est et sacrificium  
et sacramentum. sed rationem sacrificii habet in qua  
tum offertur. rationē autē sacramenti in quōtum sumi  
tur. Et ideo effectum sacramenti habet in eo qui su  
mit. de quo iam aliqua dicta sunt. Effectum aut sa  
crificii in eo qui offert. vel in hiis pro quibus of  
fertur. de quo iam restant aliqua hic subiungenda  
Et vt verum fatear quantum conicere potero. vix a  
pud paucos antiquos hec materia reperitur expla  
nata. Sed moderni doctores scz sanctus **Thomas**.  
**Albertus**. bona ventura et quidam alii plenius ip  
sam dilucidauerunt. Ratio est vt cuidā placet. qz oc  
casio se nō prebuit tunc propter feruorem deuotio  
nis quem fideles habuerunt in illis diebus quia nō  
aspirabant ad sacramentum propter rationem vti  
litate sed caritatis. In his autē diebus nouissimis  
habundante iniquitate et refrigescēte caritate am  
plius querunt homines que sua sūt. propter quod  
prochdolor multi presbyteri reperit̄ur. qui paraci  
ores sūt celebrare propter vtilitatē sacrificii q̄ pro  
pter suauitatem sacramenti. vbi tamen ceca mente  
nimis decipiūtur. si enī diuinā caritatē preponerēt  
vtiq̄ temporalis vtilitas eis copiosius proveniret.  
Et sicut nō cēs euangeliū enuntiant propter salute

*hoc sacramentum simul e  
sacrificium et sacramentum  
Sacrificium in quantum offert  
Sacramentum in quantum  
sumitur*

*h̄c agit effectum in eo qui  
sumit  
Effectum aut sacrificii in  
eo qui offert vel in hiis  
pro quibus offertur*

*Sed vix q̄c materia apud  
paucos antiquos reperit̄ur  
explorata Sed modernis  
doctores Sanctus Thomas  
propter aliquos p̄ dno  
nomen qui habuerunt  
illo tempore*

*In hiis aut nouissimis  
diebus iniquitate  
abundante in quantum  
amplius querunt que sua sūt*

*Multi presbyteri esto  
tempore propter utilitatem  
magis celebrant quam  
propter suauitatem sacramenti  
ubi ceca mente et de  
cipiuntur nimis*

*Sic etiam nō omnes  
euangeliū enuntiant  
propter utilitatem  
Sed propter lucrum eius  
quod sūt*

audientium. sed propter questum. ita nō omnes sa-  
crificant propter honorem diuinum sed comodum  
propriū. **E**cce quāta mala facit cupiditas vsq; ad  
huc. q̄ olim fecit inuidia caypha pilato et sinagoga  
illa sathane vt christum filium dei benedictum ven-  
derent et impie occiderent. hoc deinceps operatur ī  
vālis perditionis vsq; nunc. vt eundem in hoc vene-  
rādisimo sacramento mercationi exponant. ac indi-  
gnis manibus sacrificare nō expauescant. et vt bre-  
uiter ad propositum veniamus. fertur nonnullos  
fuisse ita hac miserabili lue cupiditatis execatos. vt  
īdifferenter oblatiōes et elemosinas aut redditus si-  
delium susciperent. nec quid q̄ amplius preter so-  
lita suffragia pro ipsis facerent dicentes hec vel si-  
milia verba. capiamus quicquid veit vna missa me-  
lor est quā aurum totius mundi. sufficit semel ce-  
lebrare pro omnibus. fuerūt et alii qui dixerūt mo-  
destius quidē sed nō minus ipie fecerunt. dixerunt  
nanq; promittamus quidem eis quocūq; missas  
petierint nos tamen nō obligamur eis quia misse  
emi nō possunt alioquin simoniaci efficeremur. hī  
et aliis modis variis ritum ecclesie subuerterunt.  
**Q**uod videntes sancti doctores occurrerūt abusiōi  
et ignauie isti nepharie materiam hanc declarantel  
ad liquidum. ne solita obseruantia pie mris ecclesie

*Ecce quanta mala quō-  
dam fecit inuidia  
Caypha et Pilato et Syna-  
goga illa Sathane vt  
Christum filium dei venderent*

*Indignis manibus  
sacra non expauescant*

*Dicitur foris a nonnullis ex-  
ecatos qui indifferenter  
oblationes et elemosinas  
aut redditus suscipiunt  
ut dicitur in libro  
quocūq; veit vna missa  
melior est quā aurum  
totius mundi. Sufficit  
semel celebrare pro omnibus  
Sunt et alii qui dixerunt  
promittamus quidem eis  
quocūq; missas petierint  
nos tamen non obligamur  
eis quia misse emi non  
possunt alioquin simoniaci  
efficeremur. hī et aliis  
modis variis ritum ecclesie  
subuerterunt*

quā spiritus sanctus indefinēter et infallibiliter re-  
 git oblitaretur. et fundat se cōmuniter in hac cōsu-  
 etudine sollēni quā ecclesia observavit semper vsq[ue]  
 hodie. applicata ratione huius termini sacrificium  
 cum allegationibus scripturarū et auctoritatibus a-  
 tiquorū. et quibusdam exemplis fidedignis. et vt i-  
 troitum habeamus ad plenam huius mere notitiā  
 inquirendā. **E**st primo notandum. q[ui]d sicut effectus  
 eucharistie sub ratione sacramenti sumitur ex ipsis  
 speciebus sacramentalibus. ita effectus eiusdem in-  
 quantū est sacrificiū accipi d. bet similiter ex aliquo  
 corporali et nobis notissimo p[ri]ncipio. siue operati-  
 one exteriori. per cuius similitudinem ducamur in  
 cognitionem spiritualium. quod est cōmune oībus  
 sacramentis. et sacrificiis. **S**icut enī aqua lauat sor-  
 des corporis. ita baptismus qui per aquam exhibe-  
 tur lauat sordes aīe id est peccata. **E**t licet panis et  
 vinum nutrit corpus. sic sacramentum altaris sub  
 ratione sacramenti quod sub sp[eci]ebus panis et vini  
 cōtinetur nutrit animā. pariformiter sicut munus  
 vel opus gratum placat hominē cui ipēditur. ita sa-  
 crificium altaris quod in specie muneris et corpo-  
 ralis operationis perficitur placat deū cui offertur  
**S**acrificiū enī dicitur quasi sacrū factum i[n] honore  
 soli deo debitū. cū aliqua sollēnitate ad eū placandū

articulos sancti p[ri]ncipii

Effectus eucharistie

duplex lauat sordes corporis  
Ita baptismus qui per aquam exhibetur  
lauat sordes aīe

Et sunt panis et vinum  
nutrit corpus  
Sacramentum altaris  
sub speciebus panis et  
vini continetur nutrit animam

Sicut munus vel  
opus gratum placat  
hominem cui ipēditur

Sacrificium quasi  
sacrum factum in honore  
soli deo debitum

et hec est propria acceptio huius termini sicut in pro-  
posito utimur eo. generaliter tamē sacrificium pōt  
dici quicquid fit ad honorem dei. siue spūaliter siue  
corporaliter. iuxta illud. **S**acrificiū deo spūs zc. **E**t  
sicut duo sunt modi manducādi. scz sacramētaliter et  
spūalis. sic etiā sunt duo modi sacrificādi. scz sollem-  
nis siue exterior qui non debet nisi vno modo fieri  
sicut de sacramēto dictum est. alius est spūalis siue  
interior. qui oī loco et tēpore fieri debet iuxta illud  
omni tēpē benedic deum. et illud o3 semper orare et  
nunq̄ deficere. **B**enedic dñō in oī loco dnationis  
cuius et cetera. **A**pplica cōsequēter sicut supra. quō  
scz primus modus est cū periculo quia pōt idigne  
fieri. secundus semper sit secure. nihilominus ip-  
sū sacrificiū realiter exhibitum cū debita cordis cō-  
punctione perfectius est et plus impetrat. **E**t sicut  
cōsecratio nō potest fieri nisi per sacerdotē. sic nec  
immolatio. **F**ideles autē vtrancq̄ participāt. ecce iam  
habemus fundamentū siue principium ex quo vltē-  
rius procedere possumus: docemur nāq̄ per ista ex-  
teriora et corporalia qualiter interiora et spūalia or-  
dinare debem. et hoc valde est nobis cōnaturale et  
suaue. quia omnis nostra cognitio a sensu incipit  
habet. **V**nde sicut ad oculū videm. q̄ qui est in grā  
alicuius p̄cipis ille solet sibi propinare aliquod ca-

*Sacrificium dicitur quicquid  
fit ad honorem dei siue  
spiritualiter siue corpore  
valde  
Sacrificium vero spiritum  
cor gratiam et hinc  
Et duo modi manducandi  
in sacramentibus et  
spiritualis*

*Omni tēpē benedic deum  
oportet semper orare et  
nunq̄ deficere*

*Consecratio nō potest fieri  
nisi per sacerdotem  
ne immolatio  
Et totum fundamentum  
habemus et principium*

*Exemplum  
Qui est in gratia alicuius  
principis ille solet sibi  
propinare aliquod carum  
minis*



rum munus. vel exhibere sibi aliquod gratū obsequiū  
quū vt in grā eius permaneat ac magis crescat. **Et**  
ita. nam si ille princeps virtuosus est. tūc ab amico  
suo gratāter ista recipit. qz videt bonā volūtate suā  
et multa maiora sibi reddit. et maxima promittit in  
futurū insuper si aliquid sibi dicit libenter dimittit  
et totū relaxat quicquid illud ē propter feruentē a-  
more quē in eo cōsiderat. prouidet ei etiā de cōsue-  
tudinibus et ab inimicis defendit nec quidquid ei negat  
quocūque iuste ac pie desiderauerit. **Et** quāto crebrius  
hūmōi munera vel obsequia prestat / tāto carior effi-  
citur vsqz ad perfectā amicitia. **Q** si alter aliquis e-  
adē munera et obsequia presterit cū minore tamē  
studio placēdi gratul quidē est. minus tamē impetrat  
et minus ei dimittitur si debito obnoxius teneatur  
**S**i tertius adhuc minus diligit. minus etiā impetrat.  
si quartus ultra hūc adhuc in minore amicitia fue-  
rit. etiā secundū hoc recipiet. et sic de cōsue-  
tudinibus aliis pari modo erit iudicandū. principes enī virtuosī magis  
affectū pelāt quā donū. Nihilominus tamē propter  
innatā sibi probitatē neminē aspernātur quātūcumque  
etiā parū obsequii aut dilectiōis impenderit. nec eos  
quos aliquo mō beniuolos cōsiderāt etiā si nihil ha-  
bent irremuneratos abire sinūt. cōtingit etiā nonnū-  
quā quod amici huius nō possūt venire ad prefatā pri-  
cipis ita quod per nūcios mittere oportet que libenter ei pro-

64  
Aliud exemplū potest  
quod in minore amicitia  
potest in primis gratia

Et si minus ad huc  
minus minus dicitur

pinarēt. tūc si nunciū bonus et fidelis est multū  
cōfert ad grām impetrandā. si malus nihilominus  
princeps propter caritatem mittētis gratanter reci  
pit. si aut̄ infidelis fuerit nunciū et fur. et nō prele  
tat. tunc multiplex dampnū sepe mittēs incurrit q̄  
uis gratiam principis nō amittat. furtum suspen  
diū non effugiet. similiter et malus nūcius offerē  
do gratū munus aliis gratiā. et sibi ipsi quādoq; pa  
tulum procurat. dicente principi munus reserua  
te. sed portitorē suspendite. qz̄ ipius ē. Per hec aut̄  
similia oꝝ nos deuenire in cognitionē eorū que nō  
videmus aut non intelligimus. ptās enim et status  
huius mundi a deo est. exemplatus ab illa superna  
curia cuius cōditor et gubernator deus est. applicā  
do igitur paradigma nostrum ad materiā presentē  
dicimus. qz̄ princeps virtuosus dominus deus est.  
amici eius qui nōdū ad faciē eius peruenire possūt  
boni sūt christiani. quorū quidā perfecti sunt quī  
dam īperfecti in caritate. munus tamen quod offe  
runt cū grato obsequio. sacrificiū altaris ē cū operi  
bus misericordie et aliis virtutū exercitiis. nunciū  
qui illud deferūt sūt presbyteri. qui si ī caritate sūt  
multū profunt propter orōnes et deuota desideria  
si nō et tamē celebrāt tunc aliis profūt. et sibi ipsis  
nocēt si celebrare negligunt pro his quorū debito  
res sunt. tunc tam sibi ipsis quā etiā illis multipli

*princeps nunciū et fur  
sed portitorē suspendite  
qz̄ ipius ē*

*nunciū sūt qz̄ presbyteri*

citer nocēt. et quia in seruicio tanto indigne et in-  
deliter agūt. certa dampnatio eis proueniet a iusto  
iudice. nisi i hac vita misericordiam consequantur.

**O**ctauo est aduertendū pro āpliori declaratiōe  
premissorū. q̄ quāuis ecclesia non habet nisi  
hoc vnū sacrificiū tamē melius prouisa ē quā olim  
fuit sinagoga que plura habuit. et hoc propter tria  
que in donariis placatiuis maxie attēdi solz. primo  
propter ipsius preciositatē. et dignitatē. secūdo pro-  
pter ipsius utilitatē. et cōmoditatē. tertio propter  
ip̄o efficaciam et virtuositatē. hec nāq̄ reddūt quod  
libet munus acceptū et per cōsequēs placatiū: pri-  
mo istud venerandū sacrificiū preciosius et digno-  
ius est quā oīa sacrificia legalia qz in eo continetur ve-  
rus filius dei et filius virgīs marie christus iesus  
rex regum et dominus dominantīū. et passio eius  
represētata. quare nō solū est gratū propter deu-  
tionē offerentis / sicut illa / sed etiā gratissimū pro-  
pter seipsum. neq̄ vmquā de isto dici potuit sacrifi-  
cium et oblationem noluisti. aut nō placuerūt tibi  
et cetera sicut de illis scriptum legimus. secūdo ē  
commodius et utilius quā omnia illa. hoc patet nā  
ritus eius modestissimus est sine omni grauitate  
mundissimus sine omni impuritate. facilius sine

*Solutio quod h' solū habz  
Ecclesia sicut tenet melius  
p̄missa q̄ quā olim  
sinagoga q̄ plura habuit*

*primo p̄t ip̄o s̄uo  
dignitatē et dignitatē  
2o p̄t ip̄o utilitatē  
3o p̄t ip̄o efficaciam*

omni difficultate simplicissimus sine omni curiositate  
ecce quam commodum est dicitur ei commodum quasi cum modo  
datum. vltus eius etiam vtilissimus est: quia cum sit  
minime preciositatis quo ad materiam. et minime  
difficultatis quo ad exercitium ac minime scilicet ita  
dinis quo ad preparationem. tamen omnibus illis antefertur.  
que fuerunt valde preciosa operosa et curiosa.  
quare etiam dicuntur graue iugum quod non potuerunt  
portare patres illi. licet conuenienter fuerit impositum  
dure cervici. reuera non possunt fideles torqueri de  
hoc sacrificio et dicere. quid temptatis imponere iugum  
grauissimum in humeros nostros. quod non potest  
non poterit. sed magis gratias toto corde agamus do-  
mino piissimo. qui suauissimum memoriale et munus  
peculiare. ac solatiu speciale nobis in hoc sacrificio  
reliquit quo salubriter vti possumus ad omnia que non  
sunt salutem expediunt. tertio istud sacrificium venerandum  
est maioris efficacie et virtuositatis ad placandum  
et impetrandum. quam tota illa grandissima congregatio  
legalium victimarum. hoc apostolus aperte dicit ad ro-  
manos viii. qui etiam proprio filio suo non pepercit sed  
pro nobis omnibus tradidit illum. quomodo nun etiam  
cum illo nobis omnia donauit. ipse namque cum lac-  
rimis et clamore valido offerens semetipsum. ex-  
auditus est pro sui reuerentia et factus est omni-  
bus obtemperantibus sibi causa salutis. quare iam

*Grati iugum quod non  
potuerunt portare  
illi sunt dixerunt  
petrus Quid temptatis  
ponere iugum quod  
non potest portare  
quod nobis prodesse  
non poterit*

*Romano 4 8 qui pro  
filio non pepercit sed  
nobis omnibus tradidit illum  
Quomodo etiam non omnia  
illo donauit  
Ipsi namque cum lacrimis  
et clamore valido offerens  
semetipsum exauditus est  
pro sui reuerentia et factus  
est omni obtemperantibus  
sibi causa salutis*

nihil dampnationis aut desperationis siue p[er]silla-  
 nimitatis aut diffidentie est his. qui sunt in christo  
 iesu. Nec sunt nobis maxime cōsolatoria et iocunda  
 quā diu enim in hac lacrimarum valle sumus non  
 sic sumus omnipotentes aut omīscientes sicut su-  
 mus omnivocentes. multa siquidem volumus sed  
 pauca scimus et adhuc minus possumus. et ideo si  
 nō haberemus informantē et adiuuantem inter tot  
 et tanta pericula nihil restaret nisi desperare. sed in  
 hoc summe cōsolamur. q[uod] aliquid possumus per gra-  
 tiam bone voluntatis facere. per quod meremur il-  
 lud adipisci quod ex nobis nō haberemus. sciremo  
 aut possemus. hoc autē fit per huius salutaris ho-  
 stie immolationē. nā omnia que iuste aut pie a deo  
 possumus petere. per eam possumus efficaciter im-  
 petrare de hoc nullo modo est dubitandū. alioquin  
 nō haberemus rectam fidem. sicut enī sacramenta  
 efficiunt quod significāt. ita etiā sacrificia efficiunt  
 quod significāt. proprium autē sacrificiorū signifi-  
 catum est. q[uod] deus per ea placatur. igitur si rite exhibentur  
 verissime deum placant. deū honorificant. deum ad clementiā  
 prouocāt et nobis quod petimus impetrāt. **Q**uod si alia  
 minora sacrificia hoc potuerūt. q[uod] tomagis istud  
 excellentissimum quo nullum aliud  
 nedū est sed nec esse poterit dignius. sed forte dicat

Sequit[ur] ibid[em]  
 Quare nihil in dampnatione  
 non est desperationis  
 sine persillimitate aut  
 diffidentia ex hys qui sunt  
 in christo iesu

Multa volumus sed pauca  
 scimus ad huc minus  
 possumus. Sed si non  
 haberemus informantem  
 inter tot pericula

Sacrificia deum placant  
 et ad clementiam deum  
 prouocant et nobis  
 quod petimus impetrant

*Quis est digna  
preparatio ad rite ad  
sacrificandum*

*Si vis digno sacrificare  
sine digno quominus  
& contra*

*Oramus pro duobus  
bonis et malis et  
remouendis*

*Bona sunt duplicia  
corporalia et spiritualia*

quis. que est digna preparatio ad rite sacrificandū.  
**R**espondetur q̄ eadem que est ad rite cōmunicandū  
**S**i vis digne sacrificare stude digne cōmunicare. et  
contra. nihilominus vltra rationē sacramenti hoc  
habet sacrificium speciale q̄ illis pro quibus offer  
tur impetrat cōtritionem si in mortalibus peccatis  
sint dum tamē ipsi nō ponant obicē gratie. sacramē  
tum autē semper obest indigne cōmunicātibus. que  
ritur etiam que sint illa specialiter pro quibus so  
let ecclesia sacrificare. **R**espōdetur q̄ pro illis pro  
quibus solet orare. vt clare patet in officio missæ et  
in canone. vbi orationes precedunt et sacrificiū sub  
sequitur. **E**t iterum orationes quedā supponuntur  
quasi pro grātiarū actione et cōfirmatione illorum  
que iā cōsecuti sumus. **O**ramus autē cōmuniter lo  
quendo pro duobus scilicet pro bonis consequēdis  
et pro malis remouendis. **S**uper oramus vt boā  
collata nobis multiplicentur et cōseruentur. **B**ona  
autē sunt duplicia scz corporalia et spiritualia. siue  
temporalia et eternalia. aut exteriora et interiora.  
que omnia nobis a domino dari petimus. **C**orpora  
lia sūt sanitas / prosperitas / pax. tēperatus aer. fru  
ctus terre. domus. vestimētū. cibus. potus. et oia alia  
que ad hūanā nccitatē vtilitatē ac honestatē perti. et  
pro q̄ bus orat ecclia z sacrificat qz nō possumo lin

his viuere in hoc fragili corpore . iuxta illud sapiē-  
tis. da victui necessaria . bona spiritalia sunt duo .  
scilicet gratia et gloria . ad gratiam pertinent omēs  
virtutes dona spiritus sancti et alia similia . ad glo-  
riam pertinet visio dei . societas factorum et glori-  
ficatio corporum ꝛꝛ ; secūdo petimus pro malis re-  
mouendis quę sunt ī duplici differētia quia quod-  
dam est malum culpe . vt peccata et vitia . quoddam  
pene et hoc dupliciter aut eterne vt inferius aut tē-  
poralis vt multiplex afflictio infirmitas bella pe-  
lulētie carilitie purgatorium et similia . pro quibus  
omibus ammouendis et mitigandis et auertendis  
sancta mater ecclesia orare et sacrificare solet . et ad  
hoc habet aptissimas preces et collectas et informa-  
tiones in officio suo per circulum anni semper con-  
cludendo ī christi nomine . quia etiam semper exau-  
ditur ad salutē . qui aliter petit non fideliter orat sꝫ  
gentiliter postulare videtur . et si exauditur magis  
redit sibi ī periculum q̄ suffragium . ex quibus pz  
qꝫ quecunꝫ per hoc sacrificium impetramus secu-  
re accipimus . quando etiam ad votum non exaudi-  
mur . tunc nequaquam estimare debemus nos re-  
pulsos sed constanter tenere hoc melius nobis esse  
negatum . Et hec est valde magna gratia . quando  
nō datur quod obesse pollet . sicut pius pater p. ero

*da victui necessaria  
bona spiritalia sunt duo  
sꝫ gratia et gloria*

*Secundo petimus pro  
malis remouendis*

*Sancta mater ecclesia  
orare et sacrificare solet*

apud Augustinum  
suo nō dicit ut ledat  
tutellum tradere non vultne se ledat.

**N**ono est aduertendū quā sit salute sacra ho-  
stias imolare: quod ex iam dictis clare patet.  
Vnde consulendum est vniuersis fidelibus cuiuscū-  
q; status aut conditōis siue peccatoribus siue iustis  
q; diligenter procurēt pro se missas fieri. si possūt  
si non habent sacerdotem aut solatium sustentandi  
ipsum. tunc libēter audiant tamen diuina cum boā  
voluntate et sufficit domino. Dicētes hec aut simi-  
lia. **Tu** domine misericordiarum qui vniuersa scis  
antequā fiant. tu nosti cor meū q̄ libenter tibi hoc  
dignissimi in sacrificium placatiōis immolare si  
facultas adesset. sed quia mihi nō dedisti vnde hoc  
possim. idcirco cum pia fiducia offero quod habeo  
bonam videlicet voluntatē. rogans in mensam cle-  
mentiam tuam. vt affectu in pro effectum suscipias.  
et mihi in his periculis aut tribulationibus succur-  
ras. aut tali vel tali amico meo viuo siue defuncto  
prout res postulat et deuotio suggesserit. et si hoc  
in fide fecerit. impossibile est eū nō exaudiri. quo-  
niā deus qui nō mētitur. hec sibi dabit quod postu-  
lat. qui quod sibi nouerit melius. tātūmodo assit fi-  
des et oīa erūt plana mirū ē quod hūanū cor tā tar-  
dū est ad fidē. vbi tot hz pignora diuine legalitatis

Soma et dicitur si  
solutio quibz dicitur



scilicet scripturam veredicam. martyres cōfessores  
innumerabiles cotidianam experiētiam. ac beneficia  
magna omnibus cōmunia. de hoc in prophetis do-  
minus plurimum conqueritur q̄ cū omnibus mo-  
dis querat occasionem benefaciēdi nobis. tamē vix  
reperitur aliquis qui plene audeat se sibi cōmittere  
et hoc plurimum sibi placet q̄ bene de ipso sentia-  
mus. et fiducialiter ad ipsum curramus siue ī pro-  
speris siue in aduersis. In prosperis gratias agēdo  
et sancti **J**ob exemplo ac aliorum antiquorū iusto-  
rum hostias pacificas offerendo. hec aut̄ similia de  
uoto corde dicendo. pro fiteor coram te largissime  
creator vniuersorum. q̄ de manu tua cūcta que ha-  
beo mihi prouenerunt. idcirco de tuis donis offero  
tibi sacrificium laudis per manus sacerdotum tuo-  
rum. humiliter gratias agens bonitati tue ac sup-  
plicans vt doceas me ita tēporalibus vti. quatenus  
per ea peruenire merear ad eterna et cetera. In ad-  
uersis opem postulando ne deficiamus. ita dicendo  
aut similia. domine clementissime tu nosti q̄ nō est  
in me tanta fortitudo vt me de his periculis eruere  
possim. idcirco tibi offero sacrificium istud gratissi-  
mum. rogans te vt mihi saluenire digneris in his  
etiam in cunctis. **I**ac clementer liberare quate-  
nus hoc beneficio tarditas mea prouocata nullum

aliū preter te querat consolatore[m] et protectore[m].  
**I**n hunc modum aut consimilem poterit quis diri-  
gere intentionē suam pro se aut aliis in omnibus  
iustis et pijs causis . et absq[ue] dubio sentiet auxiliū ī  
tempore oportuno. **D**e hoc etiam q̄ plurima sunt  
exēpla qualiter quidam a variis periculis sūt pre-  
seruati quidam liberati quidam plura bona cōse-  
cuti more antiquorum patrū refert beatus grego. de  
quodam captiuo. cuius vincula totiens soluet̄ atur  
in carcere quotiens pro eo salutaris hostia ab vxor-  
e immolata fuerat. **I**tem de alio quodam in iupe  
cōcluso qui mirabiliter passus fuit per plures dies  
virtute huius sacrificii quod sigulis diebus pro ip-  
so tanq̄ mortuo vxor sua obtulit. qui tandē viuus  
extractus cuncta enarravit. similiter nonnulli per-  
cussi sunt a tonitruo et fulmine. illis tamen prefer-  
uatis super quos sacerdotalis veit oratio vel in fine  
misse benedictio. **A**lii in mari ī fluctibus inbellis  
in peregrinationibus ac aliis euentibus profece-  
runt huius sacrificii ope adiuti vbi alii dampna et  
pericula plurima pertulerunt. **S**ed quis finis esset  
li cūcta narrare vellē que de hac materia scripta re-  
perimus: **Q**uicūq[ue] etiā aliquod magnū opus īchoa-  
re siue aliquā grandē causā tractare voluerit sēper ī  
sui auxiliū et aliū querat suffragiū huius benedicti

sacrificii cum plena fide. et dirigetur salubriter in  
omnibus. **H**oc habemus singulare in hoc sacrificio  
q̄ cōstantissima fide possumus ad ipsum orare. sic  
aut similiter dicēdo. **O** tu latens veritas. o tu tecta  
maiestas. o tu occulta bonitas. tibi humiliter reue  
lo causam meam. exaudi propitius certe teneris ex  
promisso. vt quid nos ad fidem et orandum pro  
uocas si iuuare et audire nolueris. **A**bsit hoc a te.  
**E**t quia sic iussisti vt in te spem nostram ponamus  
teq̄ patri offeramus. quoniam quicquid ab eo peti  
erimus in nomine tuo fiet nobis. **E**cce quod iussisti  
iuxta modulum nostrum facimus. **T**u igitur p̄iissi  
me saluator reddere ne differas quod promissisti. **E**t  
prout vntio docuerit in hunc modū plures sancti  
abeo miranda impetrarunt clamantes in fortitudīe  
quasi vim faciēdo. quod misericordissimo domino  
plurimum placet iuxta euāgelicā parabolam de iu  
dice iniquo. qui nec deum timebat nec homines re  
uerbatur. tamen propter inolestiam vidue victus  
fuit.

**Q**uoniam est aduertēdum q̄ sacrificiū venerādū  
altaris vltra iam dicta etiam habet vim satisf  
factiuam aut effectum precii satisfactiui. quia sicut  
pecunia satisfacimus creditoribus nr̄is ita per obla  
tionē huius sacrificii satisfacimus deo pro multis  
debitis nr̄is. **S**ummus autē q̄ dupliciter deo debitores

primo quia nos creauit. secūdo qz nos redemit. ter-  
tio quia vitam eternam promisit. quarto quia mul-  
tipliciter eum offendimus. et si pro quolibet isto-  
rum nos ei totaliter daremus quid nili q̄tum est.  
**E**cce habemus ad manū cui fiducialiter dicere pos-  
sumus. domine vim patior respōde pro me. tu suf-  
ficis pro oībus et singulis teipsum tibiip̄i sacrifica-  
mus modo quodā mirabili. teip̄sū patri tuo et spi-  
ritui sancto reddimus pro infinitis debitis nostris  
vnde si hoc perfecto corde fecerimus satis ē nec ul-  
tra a nobis aliquid requiretur. **S**ed quia vera per-  
fectio paucissimorum est. ideo pro informatione et  
cōsolatōe imperfectorū necesse est hic aliquid plus  
annotare. **V**nde notandū q̄ si satisfactio det et esse  
iusta. tūc oportz q̄ fiat de proprio alioquī nihil va-  
let. nō enim possū de alienis bonis satisfacere credi-  
toribus meis. **E**t ergo si debemus per immolatio-  
nem huius sacrificii iuste satisfacere deo. oportet  
dicere q̄ istud sacrificiū est nostrū. et bene dicitur  
et mirabiliter dicitur. neq̄ āgeli id dicere audēt quō  
nos. ergo mirabiliter s̄z tamē verissime dicitur. **S**i  
queritur quo iure. respondetur q̄ neq̄ iure creatio-  
nis neq̄ iure redemptionis aut emptōis aut aliquo  
alio iure cōmutationis ciuili vel canonicē. quia se-  
cundum q̄s hos modos ipse possidet nos velimus  
nolimus. neq̄ enī ipsū creauimus aut redemimus

71  
sed ipse nos. quare oportet dicere q̄ iure donatiōis  
et hoc verū est. quia gratuita caritate seipsum dona  
uit nobis. **E**cce mirabile. possidemus possessore no  
strū. **D**edit seipsum nobis qui creauit nos. **N**ō hoc  
autem nobis aliquid datur vt fiat nostrū et a nobis  
habeatur. **H**abere aut̄ dicimur illud quo libere pos  
sumus vt vel frui vt volumus. et ergo constanter  
tenendum est q̄ pro debitis nr̄is iustissime domino  
deo satisfacere possumus per istud sacrificiū q̄ ve  
raciter nostrum est. **E**t quia dignissimū est ideo nō  
est nobis formidandum quasi nō possit sufficere. ē  
enim preciosissima res que vniq̄ fuit aut erit. **Q**uo  
modo autē pro debito creationis redemptionis aut  
multiplicis gr̄e satisfacimus deo per ipsū quasi gra  
tias agendo ex caritate perfecta per quam fit plena  
possessio eius supradictum ē. **I**z quia hoc rarum ē  
eo q̄ nō sit homo super terram qui nō peccet saltē  
venialiter. et in multis offendimus omnes. ideo nūc  
sequitur aliquid dicendū de quarto debito viz mul  
tiplicis offēse. **E**t etiā supradictum quomodo per  
hoc sacrificiū impetratur gr̄a cōtritionis per quam  
delentur mortalia. similiter quō remittūtur venia  
lia. et sic restat solum dicendum de satisfactione pe  
nali pro peccatis que habet fieri per hoc sacrificiū.  
**E**t vt plane istud intelligatur iterū datur exēplū de

principe virtuoso iusto et pio qui aliquem crimino-  
sum hominem ad gratiam suscipit ex pietate vt nō  
occidatur prout meruit. sup̄ eraddit etiam ei victum  
et vestitum et alia necessaria. nihilominus tamē ex  
iusticia imponit sibi aliquam penam ad tempus q̄  
sustinere ipsum oportet nisi aliūde habeat vnde sa-  
tisfaciat. **S**icut dominus deus clementer peccatorē  
propter penitentiam ad gratiam suscipit et ei grati-  
am preseruatiuam largitur ne iterum ī peccata cor-  
ruat et alia dona plurima. tamen satisfactionem pe-  
nalem ab eo requirit exigente iusticia. quā hic aut  
in futuro ipsum exsoluere necesse est. nisi per aliū  
satisfaciat diuine iusticie sue pro eo. **P**ariformiter  
sicut idē p̄iceps dilectos et fideles seruos suos pro  
modica offensa non abicit tamen eos corripit et ca-  
stigat. ita dominus deus electos suos qui iam ī gra-  
tia sunt propter venialia non dampnat tamen iuxta  
quantitatem delicti etiam pro minimis aut hic aut  
ī purgatorio punit si satisfacere negligūt eo q̄ nul-  
lum malum manebit impunitum sic nec vllum bo-  
num irremuneratum. prouidit autem saluator nō  
ster ecclesie sue de multis adiutoriis et operibus sa-  
tisfactoriis que faciliter possunt ab vnoquoq; fieri  
in hac vita per que grauissime ille pene et horrēdi-  
cruciatu purgatorii aut minuūtur. vel abbreviari

tur aut certe totaliter excluduntur. sicut sunt ieiunium oratio elemosine peregrinationes indulgentie et cetera similia et super omnia missarum celebratio in quibus hoc dignissimum sacrificium offertur. quod ratione passionis christi quam representat est summe expiatorium debite pene hic aut in futuro exsoluende. **S**t sic patet quod sacrificium istud benedictum non solum placat sed etiam impetrat. et nedom impetrat sed etiam satisfacit. **N**am placat diuinam maiestatem ut culpam dimittat. prouocat diuinam misericordiam ut gratiam conferat. inclinatur diuinam iustitiam ut penam remittat. et merito. quoniam cum sit gratissimum ideo maxime impetrat. et cum sit preciosissimum ideo maxime satisfacit. **S**ed forte dicat quis. si hec ita sunt quare ergo vna missa non sufficit ad deletionem totalis pene omnium fidelium aut certe cuiuslibet vna pro omnimoda ablutione debite pene etiam quantecumque. **D**icendum ad primum quod quis meritum passionis christi plenissime sufficiat tamen diuina sapientia ita ordinauit quod quilibet debet aliquid facere pro seipso. sicut etiam in naturalibus aperte videmus. quod omnia viuientia sollicita sunt pro sui conseruatione et saluatione quamuis deus eorum facilliter vniuersis prouideret. neque indigeret huiusmodi cooperacione creaturarum. tamen hoc

non facit ne vacua sint opera sapiētie ipsius. ita eti  
am meritum christi copiosissimum nō prodest ali  
cui nisi ei se applicauerit per fidē et caritatē. **A**d se  
cundū dicēdū q̄ certe vna missa sufficeret vni. imo  
superfufficeret. q̄tū est ex parte sacrificii sed ple  
runq; aliter contingit. hoc est ex parte hoīnis se nō  
sufficenter applicatis faciendo quod in se est. **E**t da  
tur exemplum de principe aperiente thesaurum su  
um pro liberatione populi sui. atq; dicente accipiat  
vnusquisq; quantum sibi sufficit. et redimat se. q̄ si  
tunc aliqui sunt negligentes aut compediti. mane  
bunt captiui. hoc nō venit ex parte principis vel the  
sauri. s; ex parte ipsorum. quia non volunt aut nō  
possūt thesaurum attingere. **S**ic dominus iesus di  
cit electis suis. ecce trado vobis meritum acerbissime  
passionis mee quo ego nō indigeo. studeat qui lit et  
inde accipere quātum sibi satis est. et soluat pro se  
vt libere post hāc vitam euolare possit ad me. quia  
hoc mihi gratissimum est. alioquin tamē penalitas  
et labor meus inanis esset. **S**ed quidam sunt impo  
tentes. scilicet illi qui in purgatorio sunt nec se lu  
uare possunt. ideo necesse est vt per alios huiusmōi  
meritum eis applicetur. **A**lii sunt negligentes qui  
scilicet dum viuunt tempus vane expediunt seipōs  
negligunt neq; vt deberent sibi prouidēt in futurū



ideo non mirum si eis precium christiane redempti-  
onis non proderit pro expiatione debite pene. **Qui**  
autem perfecte se applicant penitus liberantur. **Nec**  
vero applicatio videtur dependere ex ratione sacra-  
menti sicut supra dictum est. quia qui perfecte com-  
municat perfecte sacrificat. **Perfecte** autem com-  
municare est christo perfecte coniungi. et qui manet in  
christo debet quodmodum christus ambulauit et ip-  
se ambulare. **Frustra** namque appellamur christiani si  
imitatores non sumus christi et iustum est ut illam  
mansuetudinem et humilitatem eligat seruus quam  
sectatus est dominus. **Et** ideo christus dicit se esse  
viam ut sua conuersatio sit forma discipulis. **Qui**  
sic christum sequuntur digne et perfecte sacrificant.  
nec alia purgatione opus habent quia iam sunt unum  
cum ipso. christus enim lux est. peccatum tenebra  
homo in medio stat. **Et** quia nulla potest esse socie-  
tas luci ad tenebras ideo quamdiu homo habet ali-  
qua peccata etiam minima perfecte christo uniri non  
potest. et quanto amplius recesserit ab omni pecca-  
to tanto magis appropinquat christo. et econuerso  
**Si** autem nihil habet de luce tunc ad christum non  
pertinet. quia in tenebris est et mortalibus grauatus.  
neque purgari potest sed in eternum dampnabi-  
tur si per penitentiam renatus non fuerit. **Sed** forte

dicat adhuc aliq̄s. quid mihi prodest celebratio mis-  
se quando omnia que iam dicta sunt possum impe-  
trare a deo. siue effectum sacramenti siue sacrificii  
per nudam orationem dicente domino quecumq̄ o-  
rantes petitis credite quia accipietis. ergo videtur  
q̄ omnis exercitatio exterior magis impediāt quā  
promoueat effectum orationis. **S**imilia instantia  
posset fieri contra omnia sacramenta et exercitia  
cerimonialia ecclesie. **R**espondetur q̄ tempore bea-  
ti augustini fuit ista obiectio vehementer per cathe-  
cuminos et hereticos replicata cōtra fideles. **V**nde  
et quidā fuerunt qui dicerēt. quare deberemus bap-  
tizari cum baptismus non prosit nisi credentibus.  
ecce iam nos credimus et bene viuimus quid aqua  
ultra nobis conferre poterit? nōne multi baptizati  
pellime viuūt? **S**imiliter et quidam moderni here-  
tici de secta valdensium dixerunt contra istud vene-  
randissimum sacramentum. q̄ non esset curandum  
de ritu eius nec ei assurgendum vel aliqua reueren-  
tia exhibenda. quando quis internam sentiret deuo-  
tionem. quia magis deberet pro tunc vacare inter-  
nis speculationibus quā occupare se cum exteriori-  
bus. et alia multa friuola sane fidei contraria cōfir-  
merunt que per ecclesiam dampnata sunt. **H**is et si-  
milibus dicendum est illud apostoli. corde creditur

ad iusticiam ore autem confessio fit ad salutem. Ita  
eni diuina sapientia ordinauit q̄ nullus de cōmuni  
lege internam gratiam consequitur sine exteriori  
professione sacramentorum ad minus in voto. **H**uius  
iustitiam autem cecitas hereticorū contingit ex hoc  
q̄ non valent aut non volunt plene intueri misteri  
um scripturarum. sed hincinde quasdam particulas  
rapiunt. et pro libitu contumaciter exponūt et dāp  
nabiliter se et alios decipiunt. nōne ad minus debu  
issent aduertisse. quibus predicta verba christus dix  
erit quicquid orantes petitis fiet vobis. Nunquid  
hoc dixit hereticis et calūpniatoribus aut cōtemp  
toribus sacramentorum. nequaquam. nonne si ta  
les affuissent dixisset. **V**e vobis scribe et pharisei.  
qui deuoratis domos viduarum et pupillarū simi  
lantes orationem longam / quoniam non quod peti  
tis fiet vobis. sed iudicium maius eterne dampnati  
onis accipietis. **S**ed quibus dixit verbum bonum  
et lauale. quodcumq; petitis orantes fiet vobis. **D**i  
lectis discipulis et apostolis suis. **Q**uali diceret. vos  
qui facitis voluntatem patris mei qui in celis est  
vere et nō fecte oratis. ideo quecumq; in tali oratiōe  
petitis fient vobis. vos inquā qui nō superbitis cō  
tra me et sacramenta mea. s; humiliter submittitis  
capita vestra diuine sapientie mee. petētes eo ordie

gratiam quo ego volo. scilicet per vasa et instrumē  
ta ecclesie mee immaculate sponse mee vos et omēs  
quicunq; hac sinceritate me rogant exaudiā. **S**t hoc  
certissime est tenendum q; nulla deuotio aut oratio  
deo accepta est nisi virtute huius venerabilis sacra  
menti. similiter nulla oblatio vel satisfactio grata  
erit nisi ratione huius sacrificii dignissimi. **A**gitur  
quando facultas adest studeamus libenter commu  
nicare et sacrificare. **Q**uando non adest tunc bona  
volūtas sufficit domino. **N**eq; oblatio abel. melchi  
sedech. abrahe. moyli et aliorum omnium placuit  
deo: si non isto modo suam intentionem regulassēt  
**N**ec valz obiectio illa qua dicitur q; plures sc̄ti mar  
tyres et heremite fuerunt qui pene nunquam com  
municauerunt et sine sacramentis obierūt et tamē  
perfectissimi fuerunt. quia omnes illi idipsum in  
maximo voto habuerunt. et quorūdam votum etiā  
diuinitus impletum fuit. sicut legitur de sancta lu  
cia et maria egyptiaca et aliis multis. **V**ide et ob  
hoc sancti patres ī testamentis suis cōmuniter pro  
vtilissima doctrina reliquerūt. q; nemo ita deberet  
confidere de suis meritis. aut vite austeritate. siue  
aliis gratiis quibuscunq;. vt sine sacramentis mori  
auderet. quando ea habere potuisset. **S**t reuera om

nia merita humana sunt velut pannus menstruate  
sine merito christi. **S**omne robur membrorū ba-  
culus est arundineus sine robore capitis. Quare et  
semper hic mos in ecclesia fuit vsq; hodie. q̄ ī ardu-  
is negotiis et vbi imminet periculum mortis. fide-  
les suis vermibus nō confidunt. nisi muniāt se hu-  
ius viuifici sacramenti perceptione. **N**oc cotidie ad  
oculum cernimus inuocabiliter infirmis. et mulie-  
ribus pregnantibus. in professione tam monastica  
q̄ militari. et in aliis causis scilicet electione princi-  
pum. aut reformanda pace terrarum. et similibus.  
**E**x quibus omnibus apparet quam solida sit assertio  
illorū hereticorū qui putāt se talibus nō egere pro-  
pter fantasticam suam ac deceptoriam deuotionem.  
**N**os autem fideles non nostris meritis aut adinuē-  
tionibus confidamus. s; humiliter capiti nostro ad-  
hereamus. in sancte matris ecclesie laudabili cōsue-  
tudine perseueremus. vt ab omni culpa et pena li-  
berati ad eterna regna perueniamus.

**A**ndecimo ē aduertedū. q̄ hoc sacrificiū vene-  
rādū inq̄tū ē satisfactiuū pro debita pena. hic  
aut ī futuro exsoluēda plus prodest illi vel illis pro

quo vel quibus offertur specialiter quā aliis pro qui-  
bus oratur in missa generaliter. ceteris paribus.  
quod ideo dicitur quia potest esse quod ille pro quo ce-  
lebratur specialiter sit minus ydoneus propter imo-  
dicam caritatem quā habet et plura peccata que cō-  
misit et alius vel alii pro quo vel quibus generali-  
ter oratur sint magis ydonei. et ī tali casu plus isti  
iuuantur quam ille. sed si sunt omnes pares in me-  
rito tunc plus participat ille quam isti. et datur exē-  
plum de aliquibus sedentibus ad mensā. quibus cā-  
dela accēsa ponitur. de qua plus illuminatur quā pro-  
pius sedet nisi forte habeat oblcuros oculos : alio-  
quin qui clariores oculos habent etiam si longius  
sedeant plus participant. **D**atur etiam exemplum  
de igne. a quo citius calefiunt qui iuxta ipsū sedēt  
quam qui remotius. sed si prope sedentes sint ni-  
hil frigidi et longius sedentes sint parum frigidi  
tunc isti citius calefiunt quam illi. et ergo dicitur  
ceteris paribus. neque hoc est de ratione sacrificii  
sed illorum quia minus perfecte se applicāt. Plus  
nāq; in satisfactione attenditur affectus offerētis quā  
quantitas oblationis. propter quod dominus dicit  
de vidua paupercula que obtulit duo ova quā plus  
oībus misit in gazophilatium. **E**tiam est aduerten-  
dum quod vna missa plus prodest vni quā duobus vel

pluribus simul, quemadmodum pro eodem precio  
nequeant equaliter redimi pauci et multi captiui.  
**V**nde si quis pro centum florenis teneretur in vin-  
culis, statim illis solutis absolueretur, quod si alter pro  
quingenta sociatus sibi esset tunc impediretur  
ad minus vnus liberatio et sic de aliis. sic est in pro-  
posito, si forte anima alicuius per vnum mensem deberet  
puniri in purgatorio, nisi pro ea vna missa celebra-  
retur, et si tunc presbyter dirigeret intentionem pri-  
cipaliter pro duobus taliter obligatis tunc nullus eo-  
rum statim liberaretur, sed diuina iusticia vtriusque di-  
uideret, defalcando cuiuslibet medietatem. **E**t nota quod ce-  
lebrans debet in his cautus esse, et diligenter pen-  
sare cui vel quibus legitime obligatur, et secundum  
hoc missam applicare, ne alicui fraudem faciat, quod  
ipse in quantum est organum ecclesie representans  
christum, habet auctoritatem applicandi valore mis-  
se vni vel alteri aut pluribus aut paucioribus, quod si  
nulli specialiter est obligatus, tunc sua libertate vti  
potest sicut placuerit, nihilominus tamen semper  
manet generaliter obligatus parentibus prelati ac  
toti ecclesie cuius membrum est, a qua etiam ordi-  
nem et honorem habet neque idcirco sacerdotium ei datum est  
ut pro se solo aut caris suis tantummodo sacrificet, sed  
pro tota communitate fidelium, neque se excusare potest

si minus fideliter exequitur officium suum rarius celebrando aut minus digne videlicet in peccatis mortalibus aut grossis aut multis venialibus. quia omnis publica potestas requirit hoc a suscipiente ea ut digne ac fideliter exequatur quecumq; ad ipsam spectant sicut in euangelio aperte dominus dicit in parabola quinq; talentorum. et sicut bonus seruus et fidelis introducit in gaudium domini sui. ita econtra malus et piger seruus proicitur in iehennam ignis. **Q**uod quibusdam presbyteris valde e expauescendum qui putant se non obligari ad celebrandum nisi quater in anno pro eo q; canon iubet penaliter pro tunc ad minus diuina misteria celebrare quoscunq; presbyteros legitime non impeditos. **S**z reuera timorata conscientia longe aliter iudicabit. immo quilibet presbyter qui fideliter et digne in ecclesia ministrare voluerit sic merito debet viuere ut cotidie celebrare possit si canonicè nō prohibetur aliquando. **L**egitur de quibusdam satis bone vite presbyteris grauius i purgatorio punitis pro eo q; nonnunquā missas intermiserunt rationabili causa non urgente. **Q**uid ergo de aliis fiet qui nō se ministros ecclesie sed dominos arbitrantur dicētes hec aut similia. ego quādo volo celebroy quādo volo dimitto. nūquid capellario ego sū. multi tales



fuerūt tu mētes apud se qui forte iā aliter cantāt di-  
centes. **V**e ve q̄ vñq̄ hoīes nati / ve ve q̄ vñq̄ pre-  
sbyteri ordinati fuimus. s̄z iā tarde nimis intellexe-  
runt. **E**tiam est aduertendum q̄ presbyter nunquā  
sic debet intentionem suam dirigere ad quosdā quī  
diuino examini iudicium reliquat quo ad alios. qz  
nescit abissum iudiciorum dei. **F**orte ille qui ipsum  
sustentat non iuste possidet que habet aut aliquod  
simile potest esse in causa. **V**nde legitur de quodā  
principe qui cenobiū quoddā fūdauit et tamē nihil  
meriti habuit apud deū. sed pauperes quos grauā-  
uit per exactiōes et seruitia iniusta illud meruerūt  
apud deum vt de eorum bonis erigeret monasteri-  
um. **C**onsultum igitur ē vt ī memoria mentetenus  
addat hec aut similia. **D**omine pro illo vel illis spe-  
cialiter celebros inquantum mihi licet et tibi gratū  
est. tu omnia nosti. **D**ebet etiam celebrandi diligētē  
cauere. ne leuiter promittat vni missam vel missas  
nisi ex rationabili causa. et quando sic promisit tūc  
sibi tenetur. nec alteri potest tunc specialiter illam  
vel illas applicare. sed potest indifferēter promitte-  
re q̄ velit memor esse omnium in generali vel in  
speciali qui ipsum rogant aut oblationes porrigūt  
**Q**uod si dicāt domine ego desidero missam pro me fi-  
eri vel pro illo vel illis tunc presbyter potest eos

iformare aut se pie excusare subtiliter tamē ne de a  
uaricia notetur apud indiscretos. **S**unt enim ī his  
quidam minus periti. et cum vix nummum parui  
valoris offerāt totam missam sibi applicare cupiūt  
quod irrationabile est. **Q**ui enim altari deseruit de  
altari viuere debet nec est possibile omnibus talibus  
satisfacere. **D**ilcere igitur debēt quomodo loqui ho  
nestum et pium sit in huiusmodi. **Q**uidam discreti  
layci hunc modum habent. **R**ogo domine litis me  
mor mei in missa vestra pro quadam pia causa vel  
anima pro qua desidero aut similiter. **E**t hoc bene  
et licite fieri potest absq̄ hoc q̄ eis specialiter valor  
principalis misse applicetur;

**Q**uoddecimo est aduertendum q̄ licet hoc sacri  
ficium venerandum sit expiatiuum debite pe  
ne tam hic q̄ in futuro exsoluende. tamen multo  
leuius copiosius et efficacius operatur hūc effectū  
in viuis quā in mortuis. **S**imiliter etiam est dicen  
dum de omnibus aliis suffragiis animarum. vnde  
dicit beatus hieronymus q̄ plus purgat vna lacri  
ma in hac vita quam decem anni in purgatorio.  
**D**e hoc narrat beatus gregorius pulchrum exem  
plū. in quodam sermone de venerabili cassio narni  
ensis vrbe episcopo. cui mos erat p̄ne cunctis die-

bus em ipoteti deo hostias placationis offerre. cui  
etiā cū sacrificio valde concordabat vita. nam cun-  
cta que habuit ī elemosinis tribuens. per singulos  
dies lacrimis et orationibus se purgare satagebat.  
**Q**ui nō solum per hec magne perfectionis vitam  
promeruit s; etiam absq; dilatione post mortem ad  
dominum euolauit. **E**cce illa cū lacrimis missarum  
celebratio. **E**cce illa cum oratiōibus elemosinarum  
largitio. quantam cum summo rege huic viro sanc-  
cto pacem fecit. **H**ec exēplo et aliis innumeris vni-  
uersi fideles admouendi sunt. cuiuscunq; status se-  
xus et cōditionis fuerint. quatenus proprie cōmo-  
ditati salutē et securitatē consulant et dum adhuc tē-  
pus habent diuina misericordia coadiuuante. diui-  
ne iusticie se reconcilient. quoniam secūdam vulga-  
re prouerbium extrā vincula faciliōr fit compositio.  
**N**imis enim afflictiuum est in horrendis illis incē-  
diis iacere et liberationem tunc expectare quādo se  
iuuare penitus non valet nec est vllius meriti imo  
maxime verecundie sic vt affligi quoniā preciosum  
tempus tam turpiter perdidit in quo tot suffragia  
habuisset si voluisset. **E**t de filiis aut amicis est ma-  
gna incertitudo q; minus fideliter iuuabunt cu-  
ius exemplum ī seipso quilibet perpendere potest.  
**C**um enim quisquis in propria causa solet esse ma-



aut vna lacrima quā fundis nunc pro tuis peccatis  
āplius tibi prodest quā tunc omnium monialium  
et bagutarū singultus et fletus. vnum prandium  
aut vestis siue denarius aut alia necessaria etiā mi-  
nima ex vera caritate siue perfecta cōtritione iā par-  
te pauperibus elargita vtiliora tibi sunt quā si cen-  
tum milia ducatorum post mortem pro te distribu-  
antur. et sic de omnibus aliis suffragiis. et exercitiis  
pietatis quāquā omnia hec certissime animabus pro-  
sint ad celeriore liberationē earum si in penis sint  
**Q**uicquid enim moriens das ideo das quia tecum  
ferre nō potest. sed que ex caritate das vel facis dū  
vius. primo tibi eternam vitam merentur et pro  
quolibet nummo tibi dabitur specialis merces in ce-  
lo. secundo merentur augmentū caritatis hic in via  
tertio prebent bonum exemplum proximo de quo  
etiam speciale gaudiū habebis in celo. **Q**uarto pre-  
parant ad mortem securam. quinto penā relaxant.  
sexto ad euolandum disponūt. septimo diuinā ami-  
citiam et oīm sanctorum et angelorum procurant  
octauo totā ecclesiam adiuuāt tam in viuis quā in  
mortuis. nono teipsū āplio significāt. et sanctificāt.  
decio famā bonā nutriunt. vndecio venerabilē om-  
nibus bonis et formidabilem oibus peruerlis te ef-  
ficiūt. vt neq̄ tuis verbis quidquā addere aut demere

re audeant. duodecimo tā sensus interiores q̄ exteri  
res immo totū corpus et animā ī melius disponūt  
testimoniū tibi perhibente conscientia tua q̄ domi-  
nus tecū sit in oībus quecūq̄ pro eius gloria facis  
dicis aut pateris. **Ecce xii fructus gloriosos operū**  
honorum. que secure promeretur quisquis dū vi-  
uit hic bene operari studet. quorum non nisi vnus  
tantū sequitur eū post mortē si sua exigente negli-  
gentia per alios licz fideliter quod earū est sua sub-  
stantia distribuatur. scz relaxatio pene purgatorii.  
**Quare igitur tantū bonum negligimus sine causa**  
**Rertur** q̄ dum tartari inuaderēt aliam se quandam  
ditissimum in quodā castro principē cōprehendisse  
a quibus iterrogatus. cur sibi nō preuidisset. respō-  
dit. nō sic putabatur futurum. **At illi.** **Vt** quid tibi  
tantas diuitias cōgregasti. quādo te cū illis redime-  
re neglexisti. nā si decimā partem nobis pacifice de-  
disses pacatos nos habuisses. s; iam quod sitisti bi-  
bes. et si auro et argento liquefacto et ī os eius fu-  
so/tormentis diris ipsum affecerunt. Ita et nobis  
eueniet si deprehenſi fuerimus minus habentes.  
**Nā** teste apostolo vniuscuiusq̄ opus ignis exami-  
nabit ũ. **Studeat** igitur quilibet libenter semel ad  
minus totaliter confiteri oīa peccata sua. et p̄niam  
cōdignā suscipere. et si nō pōt eam per seipsum cō-

plere cōuertat se ad suffragia predicta. et bene secu-  
rus erit. **H**oc ē quod dominus in euangelio monet  
dicens. **S**i vadas cū aduersario tuo ī via / cōpone te  
cum illo / ne forte te iudici tradat. et index exactori.  
et exactor mittat te in carcerē. **A**mē dico tibi nō exi-  
bis inde donec vltimū quadrantē reddas. **H**ec autē  
dicta sit pro qualicunq; exhortatōne nrā qui adhuc  
viuimus q̄ tenus solliciti simus dū tēpus habemus  
sed nō negligamus fratres nrōs qui in tribulatōe  
magna sūt et se iuuare nō possūt quoniā pro talib;  
sacrificare et orare maxima elemosina est. **Q**uantū  
autē missarū celebratio illis prodest ostēdit beatus gre-  
go. quarto. dia. dicens q̄ dum pro quodā culpabili  
monacho 30. diebus sacras hostias offerri iussisset.  
aīa ipsius apparens cuidā dixit. huculq; male habui  
sed modo bene sū. qz hodie cōmunionē accepi. **S**i-  
milia multa ī aliis sacris libris reperiūtur. **E**x qui-  
bus liquide patet q̄ ista consuetudo in eccīa semper  
fuit obseruata vt nedū vna missa pro vna aīa cele-  
braretur sed plures. nā sanctissimi et in sacra scrip-  
tura eruditissimi viri hoc ita ordinarunt ex instin-  
ctu spūs sancti. q̄ nō tantū respiciendū sit ad digni-  
tatē sacrificii. s; etiā ad capacitātē indigentū. et fre-  
quentationē siue iterationē cōtinuā misterii. qz di-  
uinitus aliquando reuelatū fuit q̄ si pro aliqua aīa

cōtinue triginta mille legerētur. ipsa continuo libe-  
raretur. alias nō. **S**imiliter pluries aīe defunctorū  
apparuerunt sanctis. petentes certū numerū missa-  
rum et aliquando satis magnū. addentes q̄ nisi ita  
fieret liberari nō possent. **Q**ue cū ita sint mirum ē  
vnde procedat tam enormis error quorundā vt di-  
cerent vna missa est melior q̄ aurū totius mundi.  
et ideo capiamus quicquid venit totū soluimus et  
amplius cum vna missa. quasi fas sit vendere illud  
quod tā preciosū sciūt. ac nō potius attendūt quod  
dicit dominus gratis accepistis gratis date. **Q** autē  
rursū quidā dicūt. ex quo missa vendi nō pōt ergo  
non tenemur illis quibus multas missas promisi-  
mus ex aperta malicia procedit. si enī vendi nō pos-  
sunt quare tūc pecunias accipiūt. si promissum ser-  
uare nō possunt quare tunc promittūt. **C**ausa oīm  
malorū istorū auaricia est que mētis oculū excecāt  
**S**ed oculus simplex et homo bone volūtatis se in  
his iuxta prescripta faciliter regulare potest. quia  
neq̄ missa neq̄ oratio neq̄ sacramentū neq̄ sacrifici-  
um. neq̄ aliud quodcūq̄ spūale vendi licitū est. sed  
suū laborē et operā quilibet vendere aut locare pōt  
**Q**ui enī spūalia administrant hoīes sunt mortales  
indigentes cotidiano victu et vestitu. neq̄ possunt  
simul et semel in ecclesia cātare et ī rure arare. aut



alia operari unde habeat vite necessaria. Quare a  
parte scriptura testate et recta ratione dictate ipsis iu-  
stissime debetur tanquam operarius digna merces pro la-  
boribus suis. **S**ed forte quis dicat quod reperiuntur ali-  
que auctoritates sanctorum que videtur dicere quod quando  
vna missa pro multis celebratur tunc quilibet eorum  
habet unam integram missam. ergo videtur quod ea que su-  
per dicta sunt minus habeant de firmitate. **A**d hoc res-  
pondet venerabilis dominus iohannes gerson. dicens  
quod non sit aliqua controuersia apud doctores de suffra-  
gio satisfactoris et redemptoris qui vna missa plus  
profit vni quam pluribus. **S**ed si inueniantur aliqua  
dicta de hac generalitate sunt ad primum intellectum tra-  
henda. viz tali modo quo sit sermo ad populum quia tota  
multitudo audit integrum sermonem et nihilominus  
quilibet eorum integrale habet. et tamen non est nisi  
vno sermo. potest tamen idem sermo applicari alicui spacialiter  
per recommendationem quam non omnes equaliter par-  
ticipant. sed ille principaliter cui applicatur. **S**ic in  
ecclesia vbi missa celebratur possunt esse mille audientes  
pro quibus omnes presbyter generaliter intentionem  
dirigit. et hoc modo quilibet habet unam integram missam.  
tamen propter hoc non sequitur quod pro illis spacialiter  
intentionem dirigat sub ratione precii satisfactorii. **N**on si  
hoc facit tunc adhuc instantia non procedit. quia ex hoc  
non potest concludi. quod tantum proficit cuilibet multorum

sicut si fieret pro vno solo vel paucis illorū **E**x qui  
bus oibus manifeste apparet error predictorū et  
omniū aliorū qui contra hunc morē ecclesie argu-  
mentare nituntur. **Q**uare tioratis viris diligenter  
prouidendū est quatenus secundū hoc intentionem  
suā regulent. ne fraudē illis faciāt quibus debitores  
sūt. **V**alde liquidē timēdū est q̄ crebro hmōi fraus  
cōmutatur aut propter ignauā aut cōtumaciā quo-  
rundā. qui secundū q̄ putāt vel prout volūt missas  
applicāt nō autem prout debent. q̄ valde periculo-  
suū est. **S**ed hic queritur an etiā missa celibrantis  
eū cōsciētia peccati mortalis aliquid prosit aiabus  
**R**espondetur q̄ sic et nō solū misse s; etiā oēs ora-  
tiones et exercitia officii ecclesiastici. quia nō facit  
ista vt persona priuata sed vt vicarius christi. et mi-  
nister eccie. **S**i iterū queratur quātū profint. **D**icē-  
dum q̄ tantū profūt q̄tū meruit ille dū viuerz pro  
quo fiūt. **H**oc aut quantum sit solus deus nouit.  
**P**ro cuius āpliori intellectu est sciendū. q̄ sūt que-  
dam opera priuilegiata que sēper sunt satisfactoria  
et grata deo. siue fiant per bonos siue per malos si-  
cut opera sacramentalia. et exercitia officii ecciastici  
in quibus nō requiritur sactitas ministri. sed tantū  
modo fides et intentio recta x̄. **E**x quo etiam pro-  
bāri solet q̄ qui tenentur ad horas canonicas debēt  
eas soluere non obstante q̄ sint in peccatis mortali

bus. nec frustra orant quia deus exaudit eos et opera eorum suscipit non ratione sui sed ratione ecclesie cuius ministri sunt. **E**t ista opera dicuntur grata esse deo ratione operis operati. nec tamen negandum est quin si fiant per illos qui sunt in caritate et tunc plus valeant: sicut solet exemplificari de missa et secundum hunc respectum melior sit missa boni sacerdotis quam mali. **B**onus autem sacerdos potest quam plurimum su per addere super rationem talium operum ex propria deuotione malus vero nihil. **E**xempli gratia. **C**elebrans in peccato mortali. aut officium defunctorum legens. aut exequias tenens. aut alia similia faciens pro anima alicuius defuncti in quantum est organum ecclesie ipsam realiter iuuat. nec possunt homini opera impediri per peccata ipsius. quin sint satisfactoria pro illo pro quo facit sed ultra nihil potest quia nihil habet. **E**st enim quo ad seipsum spiritualiter mortuus. **Q**ui autem in caritate eadem opera facit ad omnem minus tantum iuuat quantum ille et ultra hoc potest habere tantam deuotionem et in duplo aut triplo et cetera amplius prodest. sicut fertur de beato gregorio. et propter excellentiam deuotionis sue in qualibet celebratione sue misse redimebantur aliquae anime. **S**unt et alia opera de genere suo bona que tamen non sunt satisfactoria vel deo grata nisi in quantum fiunt ab illo qui est in caritate sicut sunt omnia opera illa media penitentialia que

cōmuniter iniunguntur in satisfactionē pro pctis.  
sicut ieiuniū oratio elemosina peregrinatio castiga  
tio corporis. et similia ī quibus oībus oportet lem  
per inquirere radicē aliquā caritatis mediate vel im  
mediate ex qua viuificētur. alioquī mortua sunt et  
nihil profunt. mediate. scz quādo aliquis in vltima  
volūtate sua hoc intendit quod aliqua fiant pro aīe  
sue salute. tunc quecunq; ad hoc disponit etiā si ex  
quantur per malos nihilominus sibi profunt quia  
tales nō operantur p̄cipaliter sed instrumētaliter  
et ideo p̄cipalis si indiget hmōi. adiuuatur per ta  
les tanquā per instrumēta sua. **S**imiliter dicendū ē  
de aliquo existente in pctō mortali qui libēter veliz  
succurrere amico īdigēti. Illi cōsulendū esset q; hoc  
faceret per aliquos hoīes bone vite quos verifimili  
ter speraret eē ī grā dei. et si tales iueniret tūc īdu  
bitāter per eos posset quod per se nequiret. **E**t que  
cunq; facerent de istis operibus mediis tantū pro  
descent illi quantū procederēt ex p̄p̄ria eorum de  
uotioe et nihil āplius. **Q**z si iuenerit malos tūc nec  
ipli quidq; profūt per hmōi opera qz oīa mortua  
remanēt. tamē nō sūt prohibēdi vel auertēdi ab opē  
ratione taliū. quia quāuis ex rigore iusticie per ta  
lia non merentur vitam eternam. tamen ex liberali  
tate diuina non manebūt irremunerata. iuxta illud  
gregorii. interim quecunq; bona poteris fac vt

deus cor tuū ad pñiam emolliat. imēdiate uiuifican-  
tur hmōi opera et iuuantur anime quādo per ami-  
cos dei fiūt ex feruore caritatis . tūc hoc certissime  
est tenēdū q̄ etiā mīma imo si simul vel semel dicāt  
requiescāt in pace / illis profunt . nec est multū curi  
ole querendū de his q̄tū vel quantū nō . s; illi equis-  
limo iudici totū humiliter cōmittendū qui electos  
suos nō negliget nec obliuiscetur misereri vbitūq;  
habuerit occasionē miserendi . tantū nos diligentes  
simus ad succurrendū illis pro posse nrō . ex his vi-  
detur sequi q̄ si aliquis moritur itēstatus nihil dis-  
ponens pro aīa sua . descenderitq; in purgatorium &  
illi difficilius suffragatur ceteris parib; . et ergo cō-  
sulendū est cuilibet dū uiuit vt aīe sue provideat qz  
illa vltima volūtas oībus sequētibus operibus for-  
mam imponit . et fortiuntur effectū per quēcūq; ex-  
ecutorem . nō sic de aliis . **P**osset nanq; venire q̄ ta-  
liter moriēs et magnā summā pecuniarū reliquēs  
parū aut nihil īde sibi acquirat . etiā si in pios vsus  
expendatur quia forte ad manus talium deueniet  
qui eā pōpōse distribuēt . et talibus qui nō sūt ī cari-  
tate et neq; pro talibus operibus que animam eius  
iuuare possunt ratione operis operati . et quia ille  
huiusmodi distributionem non iussit fieri ymmo  
forte contrarium intendebat . ergo cum non appa

reat unde talis vel in parte vel in toto possit viuifi-  
cari distributio . timendum est quod omnino mortua  
sit . et per consequens ex rigore diuine iusticie nihil pro-  
fit illi pro quo videtur fieri . **E**t si tale periculum potest  
contingere etiam si distribuatur . quod erit si per heredes  
aut filium aut alio modo distrahatur . **E**cce magna  
miseria quam sepe homines incurrunt per negligentiam  
suam . aut timorem superfluum . trepidantes timore ubi  
non est timor . et ubi esset trepidandum ibi non timen-  
tes . **N**ic timet ne eis temporalia deficiant ubi manere  
non possunt . illic non timent deficere ubi est eis neces-  
sario perueniendum . **C**ausa horum est modicitas fidei .  
**N**ihilandi sunt denique vniuersi pauperes cuiuscumque  
status aut conditionis et precipue religiosi . quatenus  
de thesauro huius benedicti sacrificii sibi provide-  
ant ne in illa fornace flammis demergantur . quia  
eorum conditio peior est illis quam diuitum ceteris pari-  
bus . **C**um enim non habeant unde testamentum faciant  
cito eorum memoria deletur et vix aliquis repe-  
rietur . qui specialia suffragia eis transmittat . **I**gitur  
tempore opportuno . modo importuno deum deprecemur .  
ut saluet nos sine purgatorio illo horrèdo . sed potius  
hic in virga filiorum nos pio pater erudiat ut apti fia-  
mus illo regno quod omnibus diligentibus se promissit  
per dominum nostrum iesum christum filium eius unigenitum

cū quo in vnitāte spūs sancti viuit et regnat in omnia secula seculorum benedictus deus amen.

**H**ec sūt venerabilis domine ac amice karissime pauca ex multis hincinde collecta rudi stilo. que vestris studiis et cuiuscunq; melius intelligentis libenter submitto corrigenda et pulchrius ordinanda. nec me latet quanti periculi sit in his quali libere velle sētire. et pro captu dicere quicquid mēs suggerit. cum inter tot tractatores sacre scripture vis paucissimi reperti sunt qui materiam hanc ad lucidum explanare potuerunt. quare omnibus simplicibus maxime est consulendum vt si loqui velint de huius venerandi sacramenti materia q̄ stricteissime teneant se in terminis sanctorum doctorum ecclesiasticorum. nec aliter fieri audeāt quam apud eos repperint. Alioqn̄ facillime et periculose errabunt. Testes sūt dicta eorundē doctorū. et precipue sc̄ti thome de aquino per quē spūs sc̄tus circa ānos dñi millesio ducētesio quadragesio. plures hereses destruxit ac difficultates varias et ante ipsum a nullo explanatas dilucidauit. Hoc autē vir sanctus multis oratōibus et ieiuniis impetrauit. vt periclitanti sc̄ole tūc succurreret propter hereticorū subtilitatē nimiam ac potentiā. Fuit etiā tūc ipō sollicitate istitutū festū sollempne huius sacri reuerendissimi per

urbanū quartū. **N**eq̄ vñq̄ de p̄o vsq; hodie similis  
turbo insurgere ausus fuit cōtra veritatem iam lu  
cide explanatam. **E**t si aliquando surrexerint facili  
me ex dictis ipsius fuerunt deuicti. illa autem here  
sis dicta fuit herengarii ab auctore / qui tamē cōuer  
sus postea fuit. vt habetur de cōse. dil. ii. ego berē  
garius. **S**ed discipuli eius in errore permanserunt  
et multa mala fecerunt. Nam vltra ducentos ānos  
heresis ista durauit āte tempora s̄acti thome. **E**t qz  
diu stetit semper magis ac magis subtiliata fuit. et  
ecclesiam satis afflixit. **S**i de hac materia plenus  
vultis informari legatis originalia superius allegā  
ta. **N**ec autem breuiter dicta sint ad auisandū in de  
periculis que contingerunt et cotidie minus exer  
citatatis contingere possunt propter materie subtili  
tatem. que pia et deuota anima solido fidei funda  
mento innixa facilliter cauere potest. **I**psius coope  
rāte gratia domini nostri Iesu christi qui est panis  
verus et viuus de celo descendens et dat vitam mū  
do. **C**ui cum patre et spiritu sancto sit sempiterna  
gloria

**AMEN.**

**Et sic est finis huius opusculi.**





